



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklesiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

II. Qua ratione Imp. Constantinus ad religionem Christianam se contulit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14233**



# ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ SOCRATIS

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ

SCHOLASTICI

Εκκλησιαστικῆς ἰστορίας.

ECCLESIASTICÆ  
HISTORIÆ

Τόμος α΄.

LIBER PRIMVS.

Κεφ. Α΄.

CAPUT PRIMVM.

Τὸ τῷ βιβλίῳ προοίμιον.

Proœmium totius libri.

**Ε**ΥΣΕΒΙΟΣ ὁ παμφίλος ἐν  
 ὅλοις δέκα βιβλίοις τῶν ἐκ-  
 κλησιαστικῶν ἰστορίων ἐκτέμε-  
 νῶν, κατέπαυσεν εἰς οὗτο ἡρό-  
 νος τῆ βασιλείας κωνσταντίνου,  
 ἐν οἷς καὶ ὁ πατὴρ τῆ διοκλητιανῆ καὶ χειριανῶν  
 ἡρόντων διωγμὸς ἀπεπαύσατο. Γράφων δὲ  
 ὁ αὐτὸς εἰς τὸν βίον κωνσταντίνου, τῶν κατ'  
 ἀρεῖον μερικῶς μνήμων πεποίητο, τῶν ἐπαί-  
 νων τῆ βασιλείας, καὶ τῆ πανηγυρικῆς ὑψη-  
 λοῦσας τῶν λόγων μάλλον, ὡς ἐν ἐγκωμίῳ  
 Φεργίσιος, ἢ ἀεὶ τῆ ἀκριβῶς ἀειλαβεῖν τὰ  
 ἡρόντων. Ἡμεῖς δὲ ἀεὶ ἐμὲρον συζητήσαντες  
 τὰ εἰρηναία μέχρι τῆ τῆδε ἀειτάς ἐκκλη-  
 σίας ἡρόντων, τῆ ὑποδείξεως δεχόμενοι εἰς ὅσον  
 ἐκείνῳ ἀπέλιπε, ποιησόμεθα. Ἐφράσεως  
 οὐκ ἐφρασίσεις, ἀλλ' ὅσα ἢ ἐφραφῶς εἰρη-  
 μῶν, ἢ πατὴρ τῶν ἰσορησάντων ἡρόντων διη-  
 μῶν. καὶ ἐπειθεὶς ἀεὶ τὸ ἀεὶ κείμενον συλ-  
 λαμβάνει ἡμῖν μνημονεύσαι, τίνα τρόπον ὁ  
 βασιλεὺς κωνσταντίνος ἐπὶ τὸ χειριανῶν  
 ἐλήλυθε, μικρὰ ἀεὶ τέτα ὡς οὐκ ἐμὲρον μνημο-  
 νέουσμεν, ἐν τῶνδε πόθεν τῶν δεχόμενοι ποιη-  
 σάμενοι.

**U**SEBIUS Pamphili  
 res in Ecclesia gestas  
 decem libris comple-  
 xus, principatu Con-  
 stantini Augusti histo-  
 riam suam terminavit:  
 quo tempore persecutio Diocletiani  
 adversus Christianos finem accepit.  
 Idem in libris, quos de vita Imperato-  
 ris Constantini conscripsit ea, quæ ad  
 Arium pertinent, obiter tantum per-  
 strinxit: quippe cui, ut in encomiis fieri  
 solet, Imperatoris laudes & panegyri-  
 cam orationem contexere magis curæ  
 esset, quàm res gestas accurate commemo-  
 rare. Nos verò quibus propositum  
 est ea, quæ ab illis temporibus ad no-  
 stram usque ætatem in Ecclesia gesta sunt,  
 scriptis mandare, ab iis rebus, quas ille  
 intactas reliquit, operis nostri sumemus  
 exordium. Ac deinani quidem verbo-  
 rum pompa parum solliciti, quæcunq;  
 aut literarum monumentis prodita re-  
 perimus, aut ab iis, qui rebus ipsis inter-  
 fuerant auditu accepimus, singillatim  
 exponemus. Et quoniam ad institutum  
 nostrum plurimum confert, nosse qua  
 ratione Imp. Constantinus ad Christiana-  
 nam religionem transiverit, ea de re  
 pro virili parte pauca dicam.

Κεφ. Β΄.

Τίνα τρόπον ὁ βασιλεὺς κωνσταντίνος ἐπὶ τὸ  
 χειριανῶν ἐλήλυθε.

CAPUT II.

Quâ ratione Imp. Constantinus ad Christianam  
 religionem se contulit.

**Η**ΝΙΚΑ Διοκλητιανός, καὶ Μαξιμιανός ὁ  
 ἐκκλησιῶν Ἐρετῶν, ἐκ συνθέματι

**O**RDIAR portò ab iis temporibus,  
 quib⁹ Diocletianus & Maximianus

A iij

cognomento Hercules, Imperio deposito, ex compacto privatam vitam amplexi sunt: Maximianus verò is, qui Galerius cognominatus est, & qui cum iisdem illis imperaverat, in Italiam profectus, duos Cæsares, Maximinum in Oriente, Severum in Italia constituit. In Britannia verò Constantinus creatus est Imperator, in locum patris sui Constantii, qui primo ducentesimo ac septuagesimo primæ Olympiadis anno, ante diem octavum Calend. Augusti è vivis excelsit. Romæ deniq; Maxentius Maximiani Herculi filius, tyrannus potius quàm Imperator à Prætorianis militibus levatus est. Qua occasione Hercules, recuperandi imperii cupiditate raptus, Maxentium filium suum conatus est interficere. Sed tum quidem milites, quo minus id perficeret obstitere. Postea verò Tarfi in Cilicia extremum diem obiit. Severus autem Cæsar, à Galerio Maximiano Romam missus ad comprehendendum Maxentium, militum suorum proditione interemptus est. Postremo Galerius Maximianus, totus imperii clavum regens abivit è vita, cum Licinium prius Imp. creavisset, veterem amicum & contubernalem suum, qui ex Dacia erat oriundus. Interea Maxentius Romanos gravissimè oppressit, tyrannum se potius erga illos quàm Imperatorem gerens. Nam & ingenuorum hominum uxores impudentissimè constubabat, & plurimos civium indictâ causâ perimebat, aliaq; id genus facinora perpetrabat. Quibus compertis, Imp. Constantinus Romanos jugo tyrannicæ servitutis liberare studuit. Statimq; sollicitè cœpit inquirere, qua ratione tyrannum oppressurus esset. Hujusmodi sollicitudine distractus, perpendebat animo, quemnam sibi Deum ad hoc bellum adiutorem vocaret. Venitq; illi in mentè, Diocletianum quidem, qui gentilium deos impensè coluisset, nullum ex eo fructum percepisse: Constantium verò arpentem suum, qui à Græcorum superstitione alienus fuisset, vitam longe feliciorē traduxisse. Porro dum in tam ancipiti deliberatione versatur, fortè illi cum militibus iter facienti, admirabilis quædam & quæ omnem dicendi vim superat visio oblata est. Horis enim meridianis, cum jam dies vergeret in vespere, lucis columnâ instar crucis in cœlo videt, cui inscripta erant hæc verba: *In hoc vince.* Hujusmodi signo statim obstupefactus est Imperator. Nec jam suis

Α τὴν βασιλείαν ἀπαθέρηροι, τὸν ἰδιωτικὸν ἐπα-  
 νείλοντο βίον. καὶ μαξιμιανὸς ὁ ἐπικληθεὶς γα-  
 λερῖος, ὁ συμβασιλεύσας αὐτοῖς, ἐπιβὰς τὴν  
 ἰταλίαν, δύο κατέστησε καίσαρας, μαξιμῖνον  
 μὲν ἐν τοῖς κῆτρῶν ἑσάν, σεβήρον δὲ ἐν τοῖς κῆ-  
 τρῶν ἰταλίαν. καὶ ἵστας βρετανίας κωνσταντῖνον  
 ἀνηγορεύθη βασιλεὺς, εἰς τόπον κωνσταντῖνος  
 πατρὸς αὐτοῦ, τετυνηκότεν πρῶτον ἐνιαυτῶν  
 τῆς διακοσιοστῆς ἑβδομηκοστῆς πρῶτης οὐλυμ-  
 πιάδος, τῆς ἑξήκοντος ἐκατῶν τε ἑσάτης μῆδος.  
 ἐν ῥώμῃ δὲ ὑπὸ τῶν σεραλιῶν τῶν σεραλιῶν,  
 Β μαξιμῖνον ὁ υἱὸς μαξιμιανῶ τῆς ἑρκυλῆς,  
 ἤρθη τυραννῶ μαλλον ἢ βασιλεὺς ἐκ τέτων  
 ὁ ἑρκυλῖος εἰς ἐπιθυμίαν πάλιν βασιλείας  
 δευθεῖς, ἐπεχειρήσεν ἀπολέσαι τὸν υἱὸν μαξιμῖ-  
 νιον· ἀλλὰ τῶν μὲν ποισσῶν ὑπὸ τῶν σεραλιῶ-  
 τῶν διεκωλύθη. ὕστερον δὲ ἐν ταρσῶν τῆς κιλικίας  
 ἐτελεύτησεν τὸν βίον σεβήρον δὲ ὁ καίσαρ ὑπὸ τῆς  
 γαλερῖος μαξιμῖνος πεμφθεὶς εἰς τὴν ῥώμην  
 ἐπιτῆ μαξιμῖνος σύλληψιν ἀνῆρθε, τῶν σερα-  
 λιῶν πρῶτον ἀποκότων αὐτὸν. καὶ τὰ τελευτήσας  
 πάλιν μαξιμιανὸς ὁ γαλερῖος πατερίων τε-  
 λυτήσας, λικίνιον πρῶτον βασιλέα κατέστη-  
 C σας ὁ ἦν ἐκ παλαιῶν χρόνων συσεραλιῶτης  
 αὐτῶν καὶ φίλος, ἀπὸ δακίας ὀρμώμενος. μα-  
 ξιμῖνον δὲ κακῶς ἰσὺς ῥωμαῖος ἐπέπεσε, τυραν-  
 νικῶ μαλλον ἢ βασιλικῶ τρόπῳ χρωμένῳ  
 καὶ αὐτῶν μοιχεύων αἰαδὴν τὰς τῶν ἐλδυ-  
 θέρων γυναικῶν, καὶ πολλὰς αἰαδῶν, ἔποιων  
 τὰ τέτοις ἀκόλως. τῆς γὰρ ὁ βασιλεὺς  
 κωνσταντῖνον, ῥύσασθαι ῥωμαῖος τῆς ὑπὸ αὐτὸν  
 δουλείας ἐσπῶδαζεν. εὐθύς τε φροσίδας ἐτί-  
 D δει, τίνα τρόπον κατέλοι τὸν τυραννον· καὶ ὡς ἦν  
 ἐν τηλικαύτῃ φροσίδι, ἐπενόει τίνα θεὸν ἐπι-  
 κερῶν πρὸς τὴν μάχην καλέσει. καὶ νοῦν δὲ  
 ἐλάμβανεν, ὡς εἶδεν ὠναντῶν πρὸς διοκλητιανόν,  
 πρὸς ὅδον ἑλλήνων θεὸς διακείμενοι. ἤνυσεν τε ὡς  
 ὁ αὐτὸς παλῆς κωνσταντῖνος ἀποσεραφείας τὰς ἑλ-  
 λήνων θρησκείας, εὐδαιμονέσων τὸν βίον διή-  
 γαγεν. ἐν τοιαύτῃ τοίνυν ἀμφισβήτησιν τυ-  
 χάνοις, καὶ πρὸς αἰμα τοῖς σεραλιῶταις ὁ δὲ εὐνοίης  
 σωέσθαι θαυμασίονι καὶ λόγῳ κρείττονι θεάσα-  
 σθαι. πρὸς γὰρ μεσημεριανῆς ἡλίας ὥρας, ἠδὴ τῆς ἡ-  
 μέρας ἀποκλινέσθης, εἶδεν ἐν τῶν ἑσάνων εὐλοῶν  
 φῶσος σταυροειδῆ, ἐν ᾧ γράμματα ἦν λέγοντα,  
 ἐν τέτῳ νίκῃ. τῆς φανερῶς σημείον, τὸν βασι-  
 λέα δὲ ἐπληθῆν αὐτὸς τε τοῖς οὐκείοις. (Χηδὼν

ἀπιστῶν ὀφθαλμοῖς, ἡρώτα καὶ οὐ παρέν-  
 τας, εἰ καὶ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς διπολεύσαν ὄψεως.  
 τῷ ᾧ συμφωνησάντων, ἀνερρώωντο μὲν ὁ βα-  
 σιλεὺς ἐπὶ τῆ θείᾳ καὶ θαυμαστῇ φανασίᾳ. νυκ-  
 τὸς ᾧ ἑπὶ λαβύσης, καὶ τὰς ὑπνεὺς ὄρα τὸν χει-  
 ρὸν λέγοντα αὐτῷ, κατασκευάσαι καὶ τὸν τύ-  
 πον τοῦ ὀφθαλμοῦ σημεῖον, καὶ τὰ τῶ καὶ τῷ  
 πολέμιον, ὡς ἐτοίμω κερεῖσθαι τροπαίῳ. τὰ  
 τῶ περὶ εἰς τὰ χροσμῶ, κατασιδασθῆναι μὲν  
 τὸ σαυροειδὲς τροπαίον, ὁ μὲχρι νῦν τοῖς βα-  
 σιλείοις φυλάττει. (Ὡς περὶ θυμῆ ᾧ μείζο-  
 νι πρὸς τὰς προαξίαις ἐχώρη. (Ὑμδαλῶν τε  
 αὐτῶ πρὸ τῆς Ῥώμης περὶ τὴν καλεσμένην  
 μιλίαν γέφυραν κινῶ, μαξεντίου εἰς τὴν πο-  
 ταμὸν διποπιγένη. Ἰὼ ᾧ τὲτο ἑδομον  
 ἐτῶ τῆς βασιλείας αὐτῆς, ἡνίκα τὴν καὶ μα-  
 ξεντίου ἤραθον κινῶ. καὶ ταῦτα λικίνιος τῶ συμ-  
 βασιλέοντι αὐτῶ, τῶ καὶ γάμερος αὐτῶ τυγ-  
 χάνοντι. ἑπὶ τῆ ἀδελφῆ αὐτῶ κωνσταντία,  
 καὶ τὴν ἐφᾶν διάγοντι, αὐτὸς διπολαυσας  
 τῶν κληκίτων ἐνεργεσιῶν τοῦ θεοῦ, χαριστή-  
 ρια τῶ ἐνεργετῆ προσέφερε. τὰ ἅλα ᾧ Ἰὼ ἀνεῖ-  
 ναι τὰς χειρῶνας τοῦ διώκεσθαι, καὶ τὰς ἐν ἑξο-  
 ρία ὄντας ἀνακαλεῖσθαι. τὰς ᾧ ἐν δεσμωτηρίῳ,  
 ἀφίεσθαι, καὶ τοῖς δημοδύσειω αὐτῶν τὰς ἐστίας  
 διποκαθίσασθαι. τὰς τε ἐκκλησίας ἀνώρθαι, καὶ  
 τὰ ἅλα ἐποίησιν περὶ θυμῆ πολλῆ. ἐν τῶ  
 τῶ καὶ διοκλητιανὸς, ὁ τὴν βασιλείαν διποτέ-  
 μῆ, ἐν σαλῶνι τῆς δαλματίας ἐτελεύηα.

A ipse oculis satis fidens, interrogavit eos, qui aderant, num & ipsi idem signum viderent. Quibus idem sibi quoque visum esse testantibus, Imp. quidem confirmatus est divina illa ac mirabili visione. Nocte vero superveniente Christum in somnis vidit, jubentem ut signum instar ejus, quod viderat, fabricaretur, eoque tanquam certissimo adversus hostes trophæo uteretur. Hoc inductus oraculo, trophæum ad crucis similitudinem construi jubet, quod etiamnum servatur in palatio. Deinceps vero majore fiducia animi rebus agendis incubuit. Et cum hoste congressus, ad portas urbis Romæ circa Mulvium pontem victoriam retulit, demerito extincto; in amne Maxentio. Septimus hic erat Imperii ejus annus, cum de Maxentio victoriam reportavit. Post hæc cum Licinius ejus collega, quem etiam sibi generum adsciverat data illi in conjugem sorore sua Constantia, in Oriente moraretur, ipse tot tantisque acceptis à Deo beneficiis, auctori suo gratias retulit. Christianos siquidem persecutione liberavit: exules ab exilio revocavit: carceribus inclusos dimitti, proscriptionis bona sua restitui iussit. Ad hæc Ecclesias reparare aggressus est, eaq; cuncta maximâ cum animi alacritate gessit. Sub idem tempus Diocletianus, qui se principatu abdicaverat, Salonæ, quæ civitas est Dalmatiæ, è vivis excessit.

CAPUT III.

Quomodo dum Constantinus res Christianorum amplificaret, Licinius ejus collega eosdem persecutus sit.

ET Constantinus quidem Imp. Christi religionem amplexus, cuncta agebat tanquam Christianus: Ecclesias construens, easque magnificis exornans donariis: gentilium autem templa claudens ac diruens, & statuas in illis positas publicans. Licinius vero ejus collega, gentilium erroribus implicatus, oderat Christianos. Et palam quidem persecutionem adversus eos concitare minimè audebat, metu principis Constantini. Multis tamè occultè struebat insidias. Tandem vero eos aperto Marte persequi aggressus est. Atq; hæc quidem persecutio localis fuit. In iis enim duntaxat partibus grassata est, quæ sub ditione erant Licinii. Hæc & ejusmodi alia tyrannicè gerens Licinius, Constantinum haudquaquam latuit.

Κεφ. γ.

Ὡς κωνσταντῖνος τὰ χριστιανῶν ἀύξησησθαι, λικίνιος ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ, χριστιανὸς ἐδίωκεν.

Αλλά κωνσταντῖνον μὲν ὁ βασιλεὺς τὰς χριστοῦ φρονῶν, πάντα ὡς χριστιανὸς ἐπέθεσθαι, ἀνεγείρων τὰς ἐκκλησίας, καὶ πολυτελέσι μὲν ἀναθήμασιν, ἐν ᾧ τὰς ἐλλήνων ναῦς κλείων καὶ καθαιρών, καὶ δημοσιέων τὰ ἐν αὐτοῖς ἀγάλματα λικίνιος ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ, τὰς ἐλλήνικὰς ἔχων δόξας, ἐμίση χριστιανὸς. καὶ διωγμὸν μὲν περὶ φανῆ, φόβῳ τῷ βασιλέως κωνσταντῖνος, κινεῖν ἔπαρθελετο. λεληθότως ᾧ πολλὰς ἐσκιδωρεῖτο. περὶ ᾧ, καὶ φανερώς αὐτὸς βλάπην ἐπέχευε. καὶ γέται οὐδὲ ὁ διωγμὸς τοπικός. ἐνθα γὰρ λικίνιος, ἐκεῖ μόνον ἐγένετο. ἐπεὶ ᾧ ταῦτα τε καὶ ἄλλα τυραννικῶς ποιῶν, ἐδάμωσ κωνσταντῖνον ἐλάττανεν,